

R. K. 405, 16.

(X 190 4000)

II n  
6951

*De morte principum memo-  
rabilia*

Q. D. B. V.  
**MORS PRINCIPUM**

**DAMNOSA,**

**ORATIONE VALEDICTORIA**

*VII. Kal. Junii A. C. clc lxxv.*

**IN LYCEO ALTENBURGENSI**

**DECLARANDA,**

quam ut literarum Fautores

*benevolè audiant,*

*officiosè rogat*

**M. PAULUS MARTINUS SAGITTARIUS,**  
**RECTOR.**

---

**ALTENBURGI,**

**Typis RICHTERIANIS.**



*[Faint, illegible handwritten text]*

O. D. P. V.  
 MORIS PRINCEPS  
 DAMNOSA  
 ORATIONE VALEDICTORIA  
 IN LYCEO ALTENBURGENSI  
 DEORUM  
 quam de ...  
 M. FABRIS MARTINUS SACITARIUS  
 Rector  
 ALTENBURG  
 Typis Richterianis





L. B.  
S.



*M*ori unum ex officiis vitæ esse & ii, quos publica felicitas terris regendis admovit, cura gravissimo Seneca fateri coguntur. *Fastus* Ep. 77. sanè id est. Tiberius, *Principes mortales, Rempubl. verò æternam* pronuncians: ut & immortalis Imperii Germanici gloria *Carolus V.* lacrymas suorum gemitusque his reprimens verbis: *Eadem, quæ inferioris sortis hominibus, leti via Imperatori quoque, Regibus ac Principibus venit calcanda, quibus sedulo recolendum illud PLUS ULTRA.* Idem *Rudolphus II. Imp.* verbis innuit sequentibus: *Ora, labora, mementoq; mori.* Nec aliã fuisse mente credas, qui certis verbis signisque extremam moriendi necessitatem sibi proponi curarunt. *Philippo, Amyntæ filio, Regi Macedoniae,* singulis diebus puerum acclamasse, *Philippe, memento, te hominem esse,* refert *Ælianus.* Pari modo *Rex Egypti Ptolemæus Philadelphus* cranium hu-  
ma-

ac. Ann  
III. 6. 2.

l. VIII. V.  
H. C. 15.



manum in medio convivii apparatus sibi ostendi vo-  
luit, adjectis hisce verbis: *Aspice hoc, ô Rex; Nam*

Gregor.  
Turon.  
Hist. Gal.

*mox in hunc redigeris statum.* Idem præ se tulit  
*Carolus M.* quo parem vix habuit Germania; Inter-  
rogatus siquidem, *cujus insignia in sarcophago vellet*

Wendel  
or fun.

*pingenda?* Mortis, respondit; *Est enim Rex potentis-  
simus, qui omnes meas perdēs & victorias de me trium-  
phum aget.* Huc quoque, arce merito referendus *Ru-  
dolphus*, Princeps Anhaltinus, qui gentilitium Asca-  
niæ domus in Ægne in topiario Serevestano ex buxo  
fieri iussit, coronâ his verbis insignita: *Rudolph/  
Fürst von Anhalt / dencke / daß du sterben must.* Si  
optimum Imperatorem *Maximilianum I.* huic et-  
iam classi annumeravero, minime aberratum puta-  
bo; Is enim beatam ἀνάλυσιν anxie expectans *loculum*

in Sar.  
Cont. 15.  
f. 189.

cum *amiculo ferali*, quinque annorum spatio, se-  
cum duxit, ut testatur Matthesius. Hic quoque  
memorandus *PHILIPPUS II.* Hispania-  
rum Rex, qui ut morti forti animo obviam iret, fe-  
retum, quo corpus defuncti componi oportebat,  
in conspectu suo collocari, & coronam cum mortui  
calvaria superimponi mandavit. Sic & perhibendi

Eanf. or.  
pro Hisp.  
p. 251.

*Wolfgangus*, Princeps Anhaltinus, qui xv. annis urnæ  
ferali locum in cubiculo suo prope lectum assigna-  
vit: nec non Papa *Alexander VII.* qui mortalitatis  
memoriam, arca plumbea apposita, præ oculis quo-

Brev.  
Pontif. p.  
426.

tidie habuit, teste Joh. Conr. Dieterichio. Nec aliò  
digi-

digitum intendit Serenissimus noster, ah! noster Pa-  
ter Patriæ ERNESTUS, ὁ Ἰησὺς ὁσίας μνηστὴς, quando in  
nummis exequialibus optimi quondam Juventutis  
Principis, FRIDERICI WILHELMI III. 17. Julii  
1672. monumento patrio illati, hæc verba apparere  
voluit: MEMENTO MORI. Hisce *Dorothe-*  
*am, Christiani Wilhelmi*, Marchionis Brandenbur-  
gensis & Administratoris Magdeburgensis conju-  
gem, in æde Fratrum Cœnobio nostro contigua  
28. Aug. 1644. humatam, addere placet, quæ loculum Rober.  
aureum collo dependentem dicitur gestasse. Agmen Arc. Tr.  
deniq; claudat Illustris quædam persona, cujus Gal- part. 3. f.  
lus disertissimus Serre facit mentionem; Illa enim 1060.  
tabulam, quâ capite aperto manibusq; complicatis tr. de 2-  
in sarcophago erat depicta, tempore matutino ac- Sternit p.  
cessit precesq; suas peregit. Abcant igitur, qui Prin- 127.  
cipes mortalitatis memoriam deposuisse arbitran-  
tur. Recedant, qui cum militibus *Antiochi Sedetis*  
Reges immortales judicant; Valeant quoq; qui *Gal-*  
*lia Reges non mori* sibi persuadent, nisi de continuâ  
unâ in stirpe successione id intelligant. Stat proinde  
stabitq;ve, quamdiu hoc universum stabit, sententia  
supremi rerum arbitri à regio Jessæi Poëmatis vate  
expressa: *Vos (Principes) estis Dei & filii Altissimi: PC 82. 6.*  
*sed moriemini sicut homines.* Sic & sua constabit ve-  
ritas verbis Horatii l. 1. Od. 4.

A 3

Palli-

*Pallida mors aequo pulsat pede pauperum  
tabernas*

*Regumq; turres.*

Et l. II. Od. 14.

*Unda scilicet omnibus,*

*Quicumque terræ munere vescimur,*

*Enaviganda, sive Reges,*

*Sive inopes erimus coloni.*

Moriendum itaq; Principibus, fatali quadam necessitate: sed utinam pii Deoq; similimi aut planè non morerentur, aut, quia legem feralem penitus evitare non licet, diutius tamen, & seculi quidem spatio, nì avara nimium videntur vota, rebus humanis interessent, seroq; adveniret hora, quâ naturæ, ut necesse, concedendum! Hac enim ratione subditorum lacrymæ, quas lacrymarum filius Augustinus scitè salutatur *stipendiarias*, rarius, quàm hoc tempore fieri solet, caderent, nec verba semisepulta, quæ dolor ac relictum desiderium expresserunt, audirentur, neq; atratæ vestes induerentur, aut pilei nigra sindone obducerentur. Permite, L. B. ut quæ de subditorum dolore dixi, exemplis quibusdam stabiliam. Israëlitas *Mosis & Aaronis* obitum falsis per 30. dies deplorasse lacrymis, sacra docent monumenta, quæ & acerbum Judæorum luctum ob piissimi Regis *Josie* mortem referunt. Quam familiariter *Juda Maccabei* funus Israëlitæ fleverint, verba indicant sequentia:

Deut. 34.

8. Num.

20. 29.

2 Paral.

35. 25.

*Ah!*

*Ah! cur Heros occidit, qui Israel defendit ac libera-*  
*vit? Aegyptii & Spartani publico luctu dignos suos*  
*judicabant Reges, adjecto hoc elogio: ultimum*  
*quemq; Regem fuisse optimum.* Ad Romanos re-  
rum dominos transeo, quos funera suorum Princi-  
pum luctu non plebejo exceperunt. Metellus  
Consul Romanus, audita *Scipionis Africani* morte  
in publicum prodiens sonora voce dicitur exclama-  
se: *O cives, accurrite; Nam mœnia civitatis vestra*  
*corruerunt.* Filios quoque, cum corpus *Scipionis*  
exanime efferendum, fertur compellasse: *Ite, filii,*  
*& funebri Scipionis lecto humeros vestros subjicite*  
*ejusque exequias celebrate: nunquam funus mayo-*  
*ris civis videbitis.* Cum *Titus Vespasianus*, de-  
liciae generis humani, febre maligna correptus  
fati munus impleverat, proh Deum! quantus Roma-  
norum dolor, quæ lamenta, quàm tremulæ eorum  
voces, *totum terrarum orbem perpetuo custode or-*  
*batum fuisse?* Ut palam factum est, inquit Suetonius,  
non secus atq; in domestico luctu mœrentibus publice  
cunctis, *Senatus prius quàm edicto convocaretur,*  
*ad curiam cucurrit, observatisque adhuc foribus, de-*  
*inde apertis tantas mortuo gratias egit, quantas*  
*congescit, ne vivo quidem unquam atque presenti.*  
Nec minora luctu signa *Helvio Pertinace* defuncto,  
Romani ediderunt; Nam ad ravini usque clama-  
runt: *Pertinace imperante securi viximus, neminem*

*i. Mac-  
cab. 9.*

*Herod. l.  
VI.*

*Aut.  
Victor in  
Hist. Aug  
in vita Ti-  
ti, c. XI.*

*Aut Vi-  
tor.*

*ti-*

si-  
on  
are  
ni  
ref  
se,  
la-  
fa-  
eri  
ac  
eqs  
ob-  
im  
tas  
af-  
er-  
or-  
hai  
ia:  
Ah!

*timidus: Patri pio; Patri Senatus: Patri omni-  
um bonorum.* Quid dicam de subditis Philippi Im-  
peratoris, à Comite Palatino, Ottone Wittelsbachio,  
Bambergæ trucidati, quos ad unum omnino dolo-  
rem suum hisce verbis significasse, memoriæ prodit  
Buntingius. Ach! unser Fürst ist gefallen / unsere  
Ehr und Zierde ist dahin: Unser Gesang ist in  
Trauren verwandelt / das Regiment ist von uns  
weggenommen / und einem andern übergeben.  
Eadem pietate Poloni Regem *Boleslaum I.* sunt pro-  
secuti, ut fidelissimum regnoq; utilissimum Regem  
eum deflentes usumq; Musices, ut & conviviorum  
per annum seriò prohibentes. Idem quoq; Bohe-  
mos factitasse, Rege *Uladislao* nuptiarum die Pra-  
gæ 1458. denato, consignavit *Dubravius*; planctu  
enim Bohemorum atq; ejulatu templum *D. Wenc-  
ceslai*, ipso exequiarum die, fuit repletum. De Da-

**L. XV.** nis tradit *Saxo Grammaticus* haud faxeus, quod  
**Hist. Dan.** intellectâ Regis *Waldemari* morte luctui miserabiles  
*planctus matrum* accesserint, *sparsis comis funeri oc-  
currentium*, iterûq; se pristinû servitutis onus exper-  
*turas dicentium*, extinctum illum, qui civium capiti-  
*bis captivitatem detraxerit*, qui patriam plerâq; ar-  
*metu vacuefecerit*, *maritimasq; sedes* perinde ac do-  
*mesticas à prædonû incursu tutas præstiterit.* *Agristes*  
*quoq; funebri ipsius pompa cõspecta*, rustico opere, quò  
*occupati erant*, relicto consentaneis arva querelis

re-

Chron.  
Brunov.  
f. 1 85.





replebant: cui etiam ut supremi officii decus praestarent, funebri ejus lecto humeros subjicere jucundum ducebant, eversam Regis morte patriam, miserisque sibi commune funus, aut si quid funere tristius est, imminere plangentes. Peregrinis domesticum adhuc annectere lubet exemplum. Cum exuviae Electoris Saxoniae Friderici III. cognomine *Sapientis* in templo aulico Witebergensi 1525, 9. Maji conderentur, rustici fuerunt conspecti lacrymantes gementesque: *Ach! wir haben unsern Vater verlohren.*

Sed quæ causa hujus doloris? Qui bonorum presentium amissionem clademque impendentem assignat causam, rem acutetigisse videtur; Nam Platonis iudicio ὁ Θεὸς μέλλει κακῶς πράξειν ἡ πόλις, ἐξείλετο τὰς ἀνδρας αἰσαθῆς ἐν τῆς πόλεως ὁ Θεός. i. e. quando urbibus impendent mala, Deus praestantes gubernatores ex hac vita evocat: vel Pausaniae verbis, magnis cladibus impendentibus solet Deus e medio tollere Principem. Et sane, si caput amputatum, quid de corpore fiet? muro diruto neque vicquam salva est urbs. Quæ domus, fulcramento subtracto, consistabit? Quid navi accidet, si naufragia interiit? Luporum insultibus, pastore remoto, tenellus grex exponetur, nec agri, aggere destructo, aquarum impetum sustinebunt. Quid proinde subditis fiet, Principe amisso? Quæ malorum colluvies eos non obruet? Pluribus hoc expedirem, ni laudandos Juvenis εὐφροσύνης inque Amplissima Familia decus nati.

B

FRIDERICI GUNTHERI FOERSTERI,  
Viri Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi Dn.  
FRIDERICI FOERSTERI, Camerae Ducalis  
Secretarii meritissimi, Patroni suspiciendi, filii unici,  
conatus stylum sufflaminaret; In oratione enim po-  
lita & succincta, quam sermoni valedictorio jussu  
venerandi Dn. Parentis praemittet, pro ea, qua pollet,  
ingenii felicitate exponet, *quid incommodi ex piz  
Principis obitu oritur, quid subditi in Es cum bono  
Principe amittant, Es quantum in Serenissimo Pa-  
tria Parente ERNESTO nuper, eheu! amiseri-  
mus. Amisisse autem nos pium, justum, clementem Es  
munificum Principem docebit, statimque animos de  
hac jactura sollicitos sacro Serenissimorum Fratrum  
Septenario eriget; Quas enim in optimo Parente ve-  
nerabundi sumus admirati virtutes, in Celsissimos Fili-  
os transfusas videmus, ut non immerito nostrum  
possimus facere, quod de Theodosio Imperatore  
quondam dixit Ambrosius: *Tantus Princeps a no-  
bis recessit: sed non totus recessit; Reliquit enim no-  
bis liberos suos, in quibus eum debemus agnoscere, Es  
quibus eum cernimus ac tenemus. Conterimur cor-  
de, quia ereptus est vir, quem vix possumus inveni-  
re: sed tamen tu solus, Domine, invocandus es, tu  
rogandus, ut eum in filiis representes. Et haec voto-  
rum nostrorum est summa, vovemus omnes, vo-  
vemus singuli.**

Sub

I,  
n.  
lis  
ci,  
o-  
fu  
et,  
iz  
no  
a-  
ri-  
g  
de  
m  
e-  
li-  
m  
re  
o-  
o-  
g  
or-  
ni-  
tu  
o-  
o-  
ub

Sub finem ad Te, L.B. me converto ea, qua de-  
cet, modestia rogans, mihi Juveni q̄; peroranti hanc  
facias gratiam compareasq̄; hora II. pomeridiana  
loco Exercitii oratoriis destinato, vacivas præbens  
aures non laudato solum Juveni, sed & sequentibus  
Scholæ alumnis

MICHAELI Bernern / Eisenberga-Osterlando,  
OTTONI Freunden / Lōdlaviensi &  
IOH. CASP. Zennern / Altenburgensi, qui sermō-  
ne Græco, Latino & vernaculo, metris adstricto, abi-  
turienti condiscipulo bona fundent vota. Vale, L. C.  
tibi q̄; certo certius persuade, Amplissimo DN FOR-  
STER O mihi q̄; gratius atq̄; acceptius nihil pos-  
se accidere, quam si te præsentem viderimus. P. P. Al-  
tenburgi, VII. KL. Junii A. C. clō lōc LXXV,



Ant. Th. 695/

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Ant

bc



manun  
luit, ad  
Gregor. *mox*  
Turon. *Carolu*  
Hist. Gal. *rogatu*  
*pingen*  
*simus, q*  
Wendel *phum a*  
or fun. *dolphu*  
*nia dor*  
*fieri ju*  
*Sist v*  
*optimu*  
*iam cla*  
*bo; Is*  
in Sar. *cum an*  
Conc. 15. *cum du*  
f. 189. *memo*  
*rum Re*  
*retrum*  
*in conf*  
Eanf. or. *calvaria*  
pro Hisp. *Wolffa*  
p. 251. *ferali lo*  
*vit: nec*  
*memo*  
Brev. *tidie ha*  
Pontif. p. *426.*

sibi ostendi vo-  
o Rex; Nam  
dem præ se tulit  
ermania; Inter-  
arcophago vellet  
m Rex potentis-  
as de metrium-  
referendus Ru-  
entilitium Alca-  
estano ex buxo  
ita: Rudolph/  
rben must. Si  
inum I. huic et-  
oerratum puta-  
oectans *loculum*  
orum spatio, se-  
Hic quoque  
I I. Hispania-  
obviam iret, fe-  
oni oportebat,  
um cum mortui  
& perhibendi  
vi xv. annis urnæ  
lectum assigna-  
qui mortalitatis  
oræ oculis quo-  
chio. Nec aliò  
digi-

